



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Dißidia Christianorum Principu[m] Religioni noxia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Impudentia, &
in/citia Hære-
ticorum.*

quamuis olim primus Mediator fuerit Christus, nunc tamen amplius non esse eum, sed quosdam Sanctos: & alia huiusmodi fatua prorsus, & infana figmenta, quæ apud leuiter rerum gnaros per se fidem oppido faciebant, intoleranda Hæreticos vel inscitia laborare, vel impudentia: vt plane miseranda esset simplicitas populorum, qui negotium animæ, & æternitatis hominum institutioni crederent, qui de re adeo toto Orbe terrarum illustri, de Societatis non modò ortu, sed etiam secta, atq; doctrina tam stolidè vel ignorarent, vellententur: Sed consilium Prouidentiaæ æternæ est, sinere cœcos impietate homines in pudèdo ac manifestos errores ruere, vt palam fiat, quidam deant iis in rebus, quæ non ita sub aspectum cadunt.

*Dissidia Christianorū Principum Religio-
ne noxia.*

Iam Canisius in rem Catholicam Augustæ cūctas intenderat curas, hoc impensius, quo campum ampliozem tot Procerum aperiebat cœtus. Per hæc tempora dira fraude Satan ad sedis Apostolicæ autoritatem funditus affligendam apud Germanos, grassabatur ferendis dissidiis inter capita summa Christianæ gentis. Ventilabant eam Hæretici faces, & hominum factis (vteunq; ea essent)

sent, ad odium religionis abutebantur. Nec in
præsens impedimētum rebus gerendis maius in-
ueniebat Canisius, quàm Ferdinandi Imperato-
ris apud Pontificem Paulum offensam: quam vt
obliteraret, nihil nō coram per se apud Cæsarem,
nihil non apud Pontificem per Patres Romanos
mouit. Hoc item vigilandum acrius erat in toto
conuentus cursu ad religionis incolumitatem
dirigendo. Qui cum è sententia parum proce-
deret, auctis periculo vigiliis, curis, conatibus,
& ante omnia Numinis placamentis, præter ea,
quæ à Præposito Generali, totaque Societate
postulauit, indixit in Prouincia sua quotidia-
nam per Litanias Sanctorum inuocationem,
multumque aliarum precum, multum sacrifi-
ciorum: denique & certas verberationes, quæ
magno ardore suscipiebantur à sociis; eoque
acceptiores, vt patet credere, accidebant Deo,
quo minus tale seueritatis genus tempestate ea
Germani amabant. Et valuisse apud summam
bonitatem pios gemitus, conatusq; ipsemet ani-
maduertit Canisius. Erexit animum Ferdinādus
Cæsar, mirificeq; excitatus est, vt conscientiæ suæ
in religionis causa vellet omnino satisfactū: mul-

*Precandi Au-
ditum Canisij.*

*Eiusdem labo-
res in Augu-
stano conuētū.*

X

tum-